

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Honores In Theologia Svmmos Viro Svmme Reverendo Et  
Doctissimo Ioanni Frider. Christoph. Graeffe Philos. Doctori  
Et Art. Liberal. Magist. Ecclesiae ...**

**Pott, David Julius**

**Helmstadii, [1796?]**

**VD18 13280759**

**§. IX. 1) Huius peccati natura.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

§. VIII.

*II. Deinceps vero homo, serpentis astutia seductus,  
peccatum commisit,  
seu  
sparguntur aetatis argenteae semina.*

*Gen. III, 1-6.*

Deus igitur, mundi ex omni parte perfecti creator, (§. V.) cum malorum istorum auctor proximus haberi nequeat, vates noster culpam in hominibus, et quidem, cum mala ista cum genere humano fere coaequa deprehenderentur, in hominibus primaevis quaerendam esse statuit, quippe qui *Deum peccatis offendisse* putandi sint, in quae iam nunc Deus mala ista, tanquam supplicia debita, meritaque constituerit. Sic etiam coaeui Noachi diluvio, incolae Sodomorum terrae motu, Achini peste, aliisque alio modo maxime naturali occisi, flagitorum poenas luisse dicuntur. Omnia enim mala, explicata difficultiora, veteres a Deo, tanquam supplicia hominibus pro peccatis perpetratis immissa, repetere solitos suisse, inter omnes satis constat.

§. IX.

1) *Huius peccati natura.*

Age, iam inquiramus, quale peccatum hominum primateorum tot malorum fomes fuerit.

*Nar-*

*Narrationis mythicae* haec esse videtur natura atque oeconomia. Cum regio illa amoe-na et frugifera, in qua homines primitiuos collocatos fuisse, dixerat auctor noster, Deorum simul secessus fuerit,<sup>44)</sup> vt ibi quoque crescerent et adessent cibi diuini, necesse erat.<sup>45)</sup> Nam vti veteres, Deorum naturam, ex humanae naturae, qua nil nobilius et praestantius nouerant, modulo et pede quasi metientes, eandem non multum humana praestare; sic quoque Deos ad hanc ipsam diuinam naturam sustinendam et conseruandam, remediis, ab hominibus adhiberi solitis, i. e. cibis, opus habere, arbitrabantur.<sup>46)</sup> Porro, cum homines primaeui, non tam carne, quam potius fructibus vescentes, vitam sustentasse, ferebantur, et Deos diaeta, quam vocant, vegetabili contentos fuisse auctor noster singit. Quare et cibum diuinum ex arboribus natum esse colligit. — Ut vero aliorum ciborum hominibus destinata  
minima  
torum

<sup>44)</sup> vid. not. 27.

<sup>45)</sup> Arbores istae, fructus diuinos ferentes Gen. II, 9. בָּחָר רְגֵן plantatae fuisse dicuntur. Licet vero בָּחָר in medio, pro simplici בָּ in, ponni solere, ne tironem quidem fugiat; hoc nexus tamen commode etiam ad verbum in medio horti reddi posse putauerim, vt arbores primariae primarium quoque locum teneant.

<sup>46)</sup> Vix est, quod lectori in memoriam hic reuocemus, quae antiquitatis poëtae simili modo de *nectare* et *ambrosia* fabulati sint.

torum alius est in corpus et valetudinem humanam effectus, sic quoque Dii ex alio arborum genere sapientiae, et diuinae praestantiae omnino, ex alio immortalitatis fructus collegisse feruntur. — Iam vero, (vt ad peccatum ipsum, ab hominibus primaeuis commissum, explicandum propius accedamus) pro vetustissimo viuendi genere, homines sese inuicem haud aliter, saltem haud acerbius, quam opibus et praerogatiis, quibus alii alios antecedebant, usurpandis, sibi que arrogandis offendere potuerunt. Hinc veteres, facta etiam ad Deos applicatione, et hos ipsos, hominibus adeo affnes et affimiles, nulla alia re, quam praerogatiis diuinis appetendis, grauius a mortalibus offendi posse arbitrati sunt. Vti igitur Babylonies<sup>47)</sup> quondam grandi turris mole exstruenda et aggerenda, Gigantesque<sup>48)</sup> saixis rupibusque ingentibus torquendis, coelum, tanquam domicilium solis Diis reservatum, expugnare sibique arrogare conati sunt, vti Prometheus,<sup>49)</sup> ignem Diis peculiarem,

<sup>47)</sup> Vid. Gen. XI, 1. sqq.

<sup>48)</sup> Cf. *Hesiod. theog.* v. 383-400. et *Appollod.* bibl. l. 1. c. 6. pag. 18. sqq. ed. Ill. *Heynii*, et notas eiusdem ad h. l. pag. 67. sqq.

<sup>49)</sup> Vid. *HOR. carm.* l. I. od. 3. v. 27. sqq. *Hvæn.* fab. 142 et 144. *LUCIAN. Prometheus seu Caucasus* T. I. pag. 13. ed. Bened. *Herion. op. et dies*